

Unde videbatur dementia summa probari
Quod quis ibi vellet puteum saltem meditari.
Altamen antistes, scripti non immemor extans
Quod qui habens fidei quantum sit sperma sinapis,
Imperat hinc monti transferri, citoque movebit;
Ac tunc ipse fretus spe sicut erat bene suetus,
Inspicio locum, perlustrat strictius ipsum.
Tunc prece præmissa, quæ semper erat sibi promissa,

[ptia]

Atque genuflexo, crucis exhibito quoque signo,
Ter seriens terram lapidi saxoque propinquam,
Jussit ut instanter operi puteumque pararent.
Non dissidentes, sed in ipso spem statuentes,
Qui populo quondam per desertum gradienti
Firma de petra produxit aquas sentienti.
Perpaucis igitur transactis inde diebus,
Ex quo cooperunt in vertice scalpere montis,

A Fons e vestigio prorumpens cotis, et unda
Percutit astantes subito grandique stupore.
Hinc pro lætitia mentis cum laudis honore
Christum magnificant, sanctumque Dei repetitis
Vocibus acclamant, tum facti pro novitate
Muneris, et divi tam mira pro novitate.
Hoc et habetur ibi pro miro, nam patet omni
Cum mons procerus constet modiceque cavatus,
Fonte salubris aqua jugis et fit, et ipse repletus.
Nam febrentibus hæc in potum sumpta medetur,
Insuper et variis languoribus apta prohatur.
Ad Domini laudem quod pertinet indubitanter
Talia qui populo dat dona suo miseranter.
Præsul et ipse quidem non expers laudis habetur,
Cujus amore Deus opus hoc patrasse videtur,
B Hinc Sclaviæ puteus patria vocitatur in omni
Præsulis Anselmi puteus de laude perenni.

SANCTI ANSELMI VITA BREVIOR

Ex manuscripto codice bibliothecæ Victorinæ.

Anselmus ex Augusta Burgundiae civitate ad Alpium radices posita oriundus, ac illustribus parentibus, Gundulfo patre ac Hermenberga matre prognatus, et a pueritia ingenuo liberaliterque institutus, ad Beccense cœnobium, permotus Lanfranci fama, discendique studio, venit. Ibi ætatis suæ anno vice-simo septimo primum sit monachus, deinde Lanfranco ad Cadomensem abbatiam præfectorum, in Beccensi priorato successit: in quo ordine quindecim annis stetit: Tum Erluino Beccensi abate mortuo, Anselmus abbas creatus; quem gradum quindecim etiam annis gessit. Tandem ab Hugone Cestrizæ comite graviter ægrotante, celebritate sui nominis pervulgata, in Angliam accersitus venit, ut quedam illius comitis negotia procuraret, et Cestrensis monasterii cœtum, exclusis sacerdotibus, monachis compleret. De quo cum Guillelmus Rufus accepisset, eum Cantuariensem archiepiscopum nominavit. Omnes enim archiepiscopatus proventus toto quadriennio rex percepérat, plurimasque Ecclesiæ veniales babuerat, et triginta cœmeteria in ferarum pascua redigerat, et ecclesiarum vacantium fructus sibi reservaverat. Cujus lucri suavitatem, cum vel prorsus amittendam, vel valde minuendam ex archiepiscopatus concessionē senserat, pœnituit illum illico hujus tam promptæ et propensæ in Anselmum beneficentia. Iaque ut ejus animum a suscipiendo oblato archiepiscopatu averteret, simulate primo exposuit, etsi amore et meritis ejus ductus Cantuariensem archiepiscopatum contulisset, tamen se jam cernere gravitatem et magnitudinem provinciæ Cantuariensis majorem esse quam quæ ab homine monasticis occupationibus, vigiliis, lucubrationibus-

que divinis dedito, perferriri ac sustentari posset. Sed cum neque hac suasione quidquam proleciasset, proque certo compriisset proceres populumque Angliae adversos aut minus fidos sibi, Anselmo favere eumque ad archiepiscopi munus jam oblatum flagitare, aperte contradicere noluit. Verumtamen exceptit possessionem rerum ecclesiasticarum, quas illo vacationis quadriennio fecerat, ut Anselmi quoque auctoritate et sententia ratæ essent. Ad quæ Anselmus dixit illi nolle se Ecclesiæ nocere in quam officii nihil contulisset. Itaque abbatiam Beccensem, obtenta Rothomagensis episcopi licentia (in cuius diœcesi fuit) deserens, archiepiscopus Cantuariensis a Walchelino Wintoniensi tum episcopo confirmatur, fidelitatemque Rufo regi de more fecit.

Tum vero in ea sede locatus et constitutus, capít regem liberius atque severius de tam inexplibili cupiditate et rapina bonorum ecclesiasticorum adnuire, qua nihil possit esse certius quod tot cœmeteria feris ipsis ob ruinam ecclesiarum compascua fecisset. Sed cum suis precibus et exhortationibus, de regis animo spem nullam concipere potuisset, veniam petiti Romam eundi pro obtinendo ab Urbano papa pallio. Qua sive petitione, sive nominatione turbatus et accensus vehementer rex asseruit et acriter contendit hoc Anselmum contra suæ fidelitatis promissæ fœdus fecisse; suis enim a patre suo decretum ne quisquam, qui a rege nuncupatus non esset, in Anglia regno papæ nomine censeretur, et qui secus fecisset læsæ majestatis reum regisque inimicum, quod regni consuetudinem violaret judicandum. Hujus vero rei veritatem Eadmerus his verbis descri-

bit : « Regem de transmare regressum Anselmus ad ut sibi Romam ad papam Urbanum, pro stola sui archiepiscopatus, eundi licentiam daret, humiliiter petiit. At ille ad nomen Urbani turbatus, dixit se illum pro papa non tenere, nec suæ consuetudinis esse ut absque sua electione alicui liceret in regno suo papam nominare. » Hinc igitur orta quædam gravis dissensio est, sed in aliud tempus discussienda est delata. Jubet ergo ut totius Angliæ episcopi, abbates, et principes ad discussionem dissidii hujus apud castrum, quod Rochingam dicitur, una veniant. Factum est, et tertia septimana Quadragesimæ, juxta edictum, convenerunt. Causa in medium ducitur, et Anselmus diversis querelis hinc inde concutitur; siquidem multi, sed maximè episcopi, regre voluntati favere volentes, spreto æquitatis judicio, id probare nitebantur quod Anselmus, salva fide quam regi debebat, nullatenus posset in regno ipsius Urbanum sedis apostolicæ præsulem pro papa tenere. Quibus cum plura quæ ratio tulerat, objecta suis sent, et Anselmus eos ex verbis Domini : *Redditæ quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ Dei, Deo* (Matth. xxii, 21); aliisque nonnullis, quæ ratio nulla refellere posset, penitus infrenasset; illi econtra, quod dicent, non habentes, cum in regem blasphemare uno strepitu clamaverunt, quandoquidem ausus erat in regne ejus (nisi eo concedente) quidquam vel Æo ascribere. Igitur, ad unam regiæ indignationis vocem: quidam ex episcopis archiepiscopo suo atque primati oinnum subjectionem, atque professam obedientiam uno in petu abnegant, eique unitatem fraternalę societatis pari voto miserandi abjurant. Quidam vero in eis tantum quæ ex parte Urbani papæ præcipere illi se negant obedituros. Episcopi itaque omnes (Roffensi solo excepto) aut uno aut alio modo, debitam illi subjectionem et obedientiam abnegant. Rex etiam ipse cunctam ei confidentiam et securitatem in suis omnibus admetit, nec se illum pro archiepiscopo vel patre amplius habiturum jurat, nisi ipse vicario beati Petri ulterius obediturum deneget. Tres dies in isto negotio clamoribus in Anselmum, et contumelias gravidi expensi sunt, tandem in hoc fine concludunt.

At Anselmus in suo proposito constans postulat a rege ut iustus regno discedat. Quo sibi negato, factæ sunt utrinque indicia ad Pentecostem, et plena pax et tranquillitas promissa. Nihilominus Anselmus, hominibus suis captis, et spoliatis terrisque vastatis, in immensum afflictus est. Post hæc tamen Urbanum per Walterum Albanensem episcopum (qui pallium Anselmo a Roma Cantuariam detulit) pro papa suscepit. In hac autem tractanda controversia rex cum Urbano papa privatum egit de Anselmo ab Anglia penitus abducendo. Sed cum ob eximiam viri doctrinam morumque probitatem id efficere non posset, Anselmus jam accepto pallio, archiepiscopalem curam et auctoritatem rege connivente exercuit, et Samuele quendam Dublinensem archiepiscopum, Malcumque Vatesfordensem primum episcopum,

A ad regis Murierdach populique in Hibernia petitio nem, aliosque episcopos, accepta subjectionis professione Lambethi consecravit. Sed post Cambrensem expeditionem reversus rex, expostulari cum Anselmo cœpit, de militibus ab eo missis ad tantum gerendum bellum parum idoneis, et nova crimina inferre de his quæ Anselmus de ecclesiastica libertate recuperanda atque retinenda, nec non de vastitate et ruina ecclesiarum, quæ regis invasione acciderant, liberius et palam et secum privatim egisset. Quibus suis factis recensisit, datur illico Anselmo utriusque rei facultas atque optio, sive manendi in regno Angliæ, cum ea præstatione fidelitatis et obsequii regi, quam jurisjurandi sacramento promiserat, et a superioribus archiepiscopis præstari consuevit, et ne quacunque de re ad papam de rege provocaret, et ad sedem apostolicam appellaret: vel ex Angliæ regno discedendi, quod homini peregrine et advenæ difficile non fuerat. Itaque Anselmus constitutis sibi undecim dierum induciis, intra quos confessis rationibus suis, transfretaret: Ego (inquit regi et proceribus) vado, vobis tamen benedictionem meam, si non contemnitis, impertior. Quam cum se rex non spreturum dixit, Anselmus ei levata dextera benedixit, et Cantuaria discessit, ibi quatuordecim dies mansit, et, postridie navem Doveri consensurus, tanquam insignis alicujus criminis reus a quodam Guillelmo clerico regis ad id nuntio detinetur donec magna plebis astante corona, supellecile sua tota perscrutata, bonis omnibus exutus, superato mari, alieno littori nudus expositus est. Post ejus discessum, rex proscriptis omnia quæ Anselmi juris erant, et in suum dominium transtulit, et quæcumque statuerat, irrita pronuntiavit. Anselmus autem Lugdunum perrexit, inde Romanam a papa accessitus, qui perbenigno eum hospitio accepit.

Interea Romanam venit Guillelmus, qui Anselmum in littore discedentem scrutatus est, regis ad papam legatus, ut de Anselmi causa inducias ad sequens Michaelis archangeli festum impetraret. Quo concesso, Anselmus id ægre serens, Lugdunum reverti constituit, sed a papa ad concilium quod tum convocatum fuit, retentus est. Inter ceteras hujus concilii sanctiones, excommunicationis lata sententia est, tam in laicos investituras ecclesiarum dantes quam in clericos easdem a laicis accipientes. Et pendentibus de Anselmi causa induciis, obiit papa, et paulo post Rufus rex, qui se vivente, nec synodos ecclesiasticas ad vitia corrigenda celebrari, nec plurimas ecclesias a clericis possideri permisit, sed earum fructus percepit, jocose semper hoc versu illudens toti clero: *Panis Christi, panis pinguis est.* Russo autem mortuo, successit frater ejus, Henricus, a Mauricio Londinensis episcopo consecratus, qui calamitosum et discriptum a fratre ecclesiæ statum resarcivit, Anselmum ab exilio revocavit, eique procurationem ecclesiasticam commisit. Quantum autem Anselmo faverit, ex suo ad Londinenses de Anselmi servorum et famulorum immunitate, cosque

bene humaniterque tractando, misso diplomate quo A petit ut Anselmus ac sui tam liberi esse possint, ac Lanfrancus cum suis fuerit, ut e concessione Guillielmi Conquæstoris intelligi potest. Et ut perspiciamus quam fuerit illa ætas aperta et simplex, minimeque prolixa et curiosa verbis, non erit alienum ipsum diploma, Latine Angliceque scriptum verbatim inserere. Quod totum in utraque lingua comprehensum, ne palmæ latitudinem attingit. Magnum autem regis sigillum, quod nunc in fine diplomatum appendi solet, in hoc antiquo diplomate ad modicam membranæ partem paulatim extensam et excisam ex diplomaticis sinistro latere adhæret. Sigilla vero antiquitus diplomaticis suis reges non appendebant; quod tamen ab Eduardo regum Angliae primo inductum fuit, qui chartis suis ad veritatis testimonium ceram impressam appendebat.

Diploma Henrici regis.

« Henricus, rex Anglorum, Hugo de Boclaude, et W. Bagnardo, et omnibus ministris meis Londoniae S. Præcipio et volo ut omnes homines Anselmi Cantuariensis archiepiscopi, quos in Londonia habet, et omnes sui in illa villa euntes et redeuntes, ita quieti de omnibus consuetudinibus sint, sicut unquam Lanfrancus archiepiscopus suos in ea melius et quietius habuit tempore patris mei, et videte ne eis ullam injuriam faciatis. Teste Hug. comite de Cestra apud Westminster. »

Anselmus vero ecclesiasticam suam procurationem diligenter exercens, totius cleri synodus Londini convocavit. In qua plurimos ab ecclesiasticis dignitatibus, ob Simoniacas pactiones aliaque flagitia dejecit, Guidonem abbatem Wimondensem Eldwinumque Ramsensem Simoniacos, Galfricum Petriburgensem, Haymonem Cervellensem, et Robertum Sancti Edmundi, ob varios defectus et excessus. Synodus ista Londinensis synodi appellatione etiam vulgo ferebatur, cuius constitutiones statim spretæ atque contemptæ fuerunt. Nam Girardus Eboracensis archiepiscopus, cum illos canones edixisset servandos, totus illius provinciæ clerus recusavit. Unde Anselmo scripsit : « Sitio clericorum meorum integratatem; sed præter in paucis admundum vel aspidis surditatem, vel fabulosi cuiusdam Prothei mutabilitatem invenio. Variis linguarum aculeis modo minas, modo convicia infligunt. Professiones vero mihi penitus abnegant canonici illi, qui sine professione ad sacros ordines inordinabiliter sunt provecti. Hi etiam qui in presbyterio vel diaconatu constituti, et uxores sive concubinas in publico hactenus habuerunt, et ab altari nulla se reverentia continuerunt. Cum vero ad ordines aliquos invito, dura cervice renituntur, ne in ordinando castitatem profiteantur. » Ohstitit etiam ne canones hujus synodi legum vim et potestatem sortirentur, ingens inter regem et Anselmum discordia et contentio de Ecclesiarum investituris orta. Nam toto illo triennio quo abfuerat Anselmus, sedibus episcopalibus et

A Ecclesiis vacantibus, rex arbitratu suo viros ecclesiasticos præposuit, earumque possessionem, per investituras, et baculi pastoralis et annuli donationem tradidit. Quod quidem investiendi ac in possessionem inducendi jus, Christiani principes tunc temporis sibi vindicarunt. Ex his igitur qui auctoritate regia episcopatibus et Ecclesiis induci fuerunt, petiti rex ut qui sacrati non essent, ab Anselmo consecrarentur; qui vero absente eo ab aliis episcopis consecrati essent, in consortium et consuetudinem suam et episcoporum cœtum permetteret. In utroque horum Anselmus regi resistit, tum quod ceteri laici regis exemplo, auctoritate privata, presbyteros sine legitima episcoporum approbatione, sacerdotiis præsicerent: tum quod Urbanus Romanus pontifex superiori concilio statuisset ne quis de manu regis aut laici Ecclesiæ alicuius investituras acciperet, aut laici auctoritate potestatem apprehenderet.

C At rex regnique proceres, episcopi, et cujuscunque generis aulici, hoc præter regni consuetudinem ab Anselmo factitatum indigne ferentes, asserebant assensuros sese nunquam tam iniquo papæ decreto, et potius tam Anselmum regno exterminaturos, et ab Ecclesia Romana penitus discessuros quam hanc papæ sententiam, a jure regio regnique consuetudine prorsus alienam, ratam haberent. Quem procerum et episcoporum secum conspirantem et congruentem sensum cum animadvertisset rex, Girardo Eboracensi archiepiscopo suasit et mandavit ut ipse hoc consecrationis in unus susciperet et absolveret. Girardus hoc oneris in se assumpsit, diemque ad consecrationis hujus celebrationem Londini in Paulina ecclesia præscripsit. Quo cum plures convenissent Guillelmus, Wintoniensis episcopus tunc sacerdans, baculum pastorale et annulum, quæ a rege accepisset, iterum regi tradidit; dixitque quæ injuste accepisset, amplius se non posse retinere. Cujus facti notitiae, quod præter omnium exspectationem tam subito et inopinato accidit, percultus rex Guillelmi bona proscriptis, eumque regno ejecit. Postea multis in utramque partem sicut in omni dissidio fieri solet, huc illuc inclinantibus ad tantam discordiam, quæ regi recentis regni victoris filio periculosa foret sedandam, conventum est ut ad sciscitandum papæ oraculum, Anselmus et Guillelmus Warelvast regis legatus qui semper Anselmi partibus aduersus fuit, Romam proficerentur. His Roma ante papæ tribunal hanc causam agentibus, Anselmus papæ causam, coram papa præsente et judge, Guillelmus regis sui absentis, nec judicis, causam tractavit. Cumque Guillelmus vehementius in regis propositum affectus dixisset regem suum, ne pro regni Angliae amissione, jus Ecclesiæ donandi et earum possessionem tradendi amissurum, respondit Paschalis papa (ut verbis Eadmeri auctoris ular): Si quemadmodum dicis, rex tuus nec pro regni sui amissione patietur Ecclesiæ donationem amittere, scias, ecce coram Deo dico, quia nec pro sui capitï

redemptione, eas illi aliquando Paschalis papa A nibus per investituræ privilegium composita, per illud papalis aræ sacramentum sic confirmata est. Papa celebrans imperatori sacramentum his verbis porrexit: Domine imperator, hoc corpus Domini natum ex Maria Virgine, passum in cruce pro nobis sicut sancta et apostolica tenet Ecclesia, damus tibi in confirmationem veræ pacis inter me et te. Sumptoque sacramento, imperatoris pacem, amisione investiturarum papa consecutus est.

Hoc itaque papæ responso, causa secundum Anselmum contra regem definita est. Alii scribunt Anselmum audivisse Paschalem papam illam excommunicationis sententiam in laicos investituras dantes, et clericos eas a laicis capientes fulminantem, eaque perterritum, principi suo, a majoribus suis jus vendicanti, consentire non ausum. Nam in illa excommunicatione papa hujusmodi verbis usus est: execrabilis videri manus, quæ in tantam eminentiam reverentur, ut, quod nulli Anglorum concessum est, Dominum cuncta creantem suo ministerio creent, et eundem ipsum pro redēptione et salute totius mundi summi Dei Patris obtutibus offerant, in hanc ignominiam tradi ut ancille siant earum manuum, quæ die ac nocte obscenis contagiosis inquinantur, rapinis et injustæ sanguinis effusioni addictæ commaculantur. Certum enim est Henricum imperatorem Romam ad sedandam hanc discordiam quæ inter regem et clerum cœpta esset, tanquam orbis Christiani scandalum, venisse. Hoc autem investiendi jus a Gregorio septimo dicto Hildebrando regibus detrahi cœpit. Deinde a successoribus ejus, Victore et Urbano, maxime autem a Paschali, sub excommunicationis censura interdictum fuit; sed a Carolo magno Franciæ rege imperatore, et a sequentibus imperatoribus, qui trecentis amplius annis imperabant, quibus annorum sæculis sexaginta tres Romani pontifices ordine securi sunt, hoc investiendi, et in possessionem mittendi clericos in ecclesiastica beneficia per virgæ et annuli traditionem frequenter et retentum fuit. Contra hanc Cæsarum principumque auctoritatem et consuetudinem censebant synodali judicio pontifices nec posse nec debere per virgam nec per annulum episcopatus aut Ecclesiæ aliquius investituram possessionemque a principis aut laici manu apprehendi, et qui id facerent sententia lata excommunicarent. Hanc igitur potissimum ob causam, Henricus imperator Romani properat, Longobardosque in via sibi resistentes fortiter prosternit. Tum Romanum ingressus, accepto diademeate, papam cum episcopis et cardinalibus capit, et sub arcta custodia detinet. Die Paschæ reconciliatio intervenit, quo die post lectum in missarum solemnibus Evangelium, ad altare apostolorum Petri et Pauli, in oculis quam plurimorum principum, Paschalis papa tradidit imperatori privilegium, ut is solus in suo regno investituras Ecclesiarum, per virgæ et annuli traditionem in clericos transferret, ita si post investituram ab episcopo, cuius diœcesis sint Ecclesiæ consecrationem canonice accipient. At hoc modo investiendi jus, synodali tantum constitutione a papa, cæteris demptum principibus, in illo regno solum retinetur, tantum tam terroris anathematum et excommunicationum a papa projecta fulmina regibus incusserunt ut pavido et trementi alicui Herculis clavum, ut dicitur, extorsissent. Sed Henricus illa tonitrua compescuit. Haec pax in missarum sole-

B nibus per investituræ privilegium composita, per illud papalis aræ sacramentum sic confirmata est. Papa celebrans imperatori sacramentum his verbis porrexit: Domine imperator, hoc corpus Domini natum ex Maria Virgine, passum in cruce pro nobis sicut sancta et apostolica tenet Ecclesia, damus tibi in confirmationem veræ pacis inter me et te. Sumptoque sacramento, imperatoris pacem, amisione investiturarum papa consecutus est.

Nunc ad Anselmum redeamus, qui Roma discedens Lugdunum pervenit. Cui una illuc proficisciens regis legatus Guillelmus, ex regis mandato interdixit. In Angliam redditum, nisi omnes regni consuetudines a patre ac fratre regis retentas ac observatas, se quoque servaturum certo promitteret, postposita sedi B Romanæ subjectione et obedientia. Sed Anselmus a sententia discedere noluit. Itaque Lugduni cum archiepiscopo Hugone triennio pene toto permanxit. Rex omnes archiepiscopatus reditus in discum deferri jussit, tandem per Adelam comitissam Blesensem regis sororem, hoc casu Anselmus regi reconciliatur, et ad archiepiscopatus jura restitutus est. Adela gravissimo et periculosisimo morbo diu laboraverat, ad hanc in tanta corporis infirmitate consolandam accessit Anselmus. Cujus adventus tantum et tam repentinum gaudium comitissæ tam ægræ attulit ut profligato morbo valetudinem recuperaverit. Itaque regem fratrem Northmanniæ suæ ditioni redigendæ occupatum pro Anselmo adiit, et in regis colloquium adduxit. Tandem in regis gratianæ accepto Anselmo, prior illa de Ecclesiarum investituræ controversia, quæ eos antea disjunxerat, Paschalis judicio iterum relata est. Is ne regis animum quem irritabilem antea senserat, in Anselmum iterum accenderet, nec tamen de investituræ jure quidquam discederet, medium quamdam in hujus cause decisione viam secutus est, ut episcopi a rege ante investiti, quos Paschalis excommunicaverat, ab illa sententia solverentur, et in sedibus suis confirmarentur; sed, ne tale quid in posterum a rege aut laico quocunque fiat, cavit atque statuit. Quo papæ decreto rex acquievit, et Anselmum omnibus bonis et fructibus exsilio tempore a se perceptis et retentis plene restituit. Redit igitur in Angliam Anselmus, summo totius populi applausu a regina et optimatisbus per honorifice in regnum acceptus; rex enim Northmannico motu detentus erat, quo sedato, Northmanniam iterum suo subjecit imperio. Reversusque concilium regni publicum Londini indixit, in quo statutum fuit non licere regi, vel cuiuscumque laico per baculum et annulum episcopum vel presbyterum quemcunque investire; satis esse ut homagium ab episcopis regi fiat, pro possessionibus temporalibus. His ex Anselmi sententia gestis, cœpit prioris illius Londinensis a se celebratae synodi decreta executioni mandare, et sacerdotum nuptias dissolvere.

Sub hæc tempora mortuo Girardo Eboracensi archiepiscopo, Thomas archiepiscopus electus est.

Qui cum ab Anselmo consecrandus esset, provinciae clero cum pellente et instigante, subjectionem Cantuariensi sedi debitam, et a prioribus Eboracensibus archiepiscopis praestitam, profiteri recusavit. Ob quam contumaciam Anselmus nec eum consecrare voluit, et ne ab alio quoque episcopo sacraatur, per litteras vetuit. Itaque Thomas sine consecratione toto Anselmi tempore vita electus tantummodo stetit. Eo vero mortuo, rex, regni proceres atque praesules ad ineundum de Eboracensis archiepiscopi consecratione concilium Londini convocavit. Episcopi enim, ab Anselmo prohibiti, consecrare illum noluerunt. Quod cum Thomas quondam Meletensis, cuius tunc fuit cum rege intima maximaque gratia, sensisset vultu sermoneque sexiensi quiescivit an quisquam hujusmodi litteris parere auderet sine regis auctoritate et sententia. Quo perterriti et stupefacti episcopi, Samsonem Wingornensem episcopum, ut Thomam Eboracensem archiepiscopum consecraret, rogarunt. Qui id se facturum negavit, nisi Thomas Cantuariensi sedi subjectionem ex more professurum promitteret. Cui et rex assensus est, jussitque ut quinto Kal. Julii proximi in ecclesia Paulina praesentibus episcopis Thomas sacaretur, et praestitam a superioribus archiepiscopis professionem faceret. Quo tempore convenientibus episcopis, qui sacras ceremonias absolverent, porrigitur Thome professio sigillo obsignata jam olim a suis predecessoribus legi solita. Quam cum summa gravitate et reverentia, qua decuit, aperte legisset, episcopo Londonensi, Ecclesiae Cantuariensis decano, priore etiam ejusdem Ecclesiae presente, tradidit. Professionis forma haec erat.

« Ego Thomas, Eboracensis Ecclesiae conse-

A crandus metropolitanus, profitor subjectionem et canonicam obedientiam sanctae Dorovernensi Ecclesiae, et ejusdem Ecclesiae primati canonice electo et consecrato, et successoribus suis canonice in thronisatis, salva fidilitate Henrici regis, et salva obedientia mea Romanæ Ecclesiae. »

Anselmus vero Cantuariæ, iv Idus Augusti, Guillelmum Wintoniensem, Rogerum Salisburensem, Raynelium Herefordiensem Urbanumque Glamorganensem episcopos consecravit, praesentibus Girardo Eboracensi archiepiscopo, et aliis Cantuariensis provinciae presulibus. Multum autem et opera et sumptus contulit in ornando et instaurando ecclesiastam Christi Cantuariensem, et in instituendo Cœstriæ monachorum cœnobio, ab Hugone comite

B prius exstructo; cuius Richardum capellatum suum abbatem fecit. In scribendis epistolis frequens et assiduus fuit, quarum 367 ad nostra tempora reservantur. Scripsit tractatus varios, 1. De veritate, 2. De libertate arbitrii, 3. De casu diaboli, 4. De Grammatico et discipulo, 5. vocatur Monologium. Multas dialecticas quæstiones proposuit et solvit. Scripsit etiam libellum sententiarum, Proslogion, librum epistolarum ad diversos, librum De incarnatione Verbi, librum cur Deus homo, ad haec De conceptu virginali, De orationibus contemplativis, et De processione Spiritus sancti. Et biennio post secundum in Angliam ab exilio redditum transacto, in abbatia Sancti Edmundi gravissima febri correptus, Cantuariam festinavit ibique diu lecto decubens, undecimo Kal. Maii, an. 1109, ætatis suæ LXXVI, et pontificatus anno XVI, obiit, tumuloque ad caput Lanfranci sepultus et conditus jacet.

VITÆ SANCTI ANSELMI

CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI

SYNOPSIS CHRONOLOGICA.

Anni Chr. SS. Pontifices.

1033. BENED. VIII. Anselmus Augustæ ad Alpium radices ex Gondulpho patre et Ermengarda matre nascitur.
1060. NICOL. II. Parentibus orbatus, ætatis sue an. 27, Anselmus Beccum venit, et ibi sub Herluino, hujusce cœnobii fundatore ac primo abbatte, ac Lanfranco priore monachum induit.
1063. ALEX. II. Anselmus, Lanfranco in Cadomensis cœnobii abbatem assumpto, fit Beccensis monasterii prior.
Scribit Monologion, Proslogion, Contra Gaunilonem respondentem pro insipiente, De veritate, De casu diaboli, De libertate arbitrii, De Grammatico, Meditacionem: TERRET ME, etc., et alias.
1078. GREG. VII. Herluino VII Kal. Septemb. humanis exemplo, Anselmus in abbatem electus est.
1079. BENEDICTUS. Benedictus est in ecclesia Becci a Gisleberto Ebroicensi episcopo. In Angliam proficiscitur. Cantuaria in conventu fratrum sermonem de charitate fraterna habet.
1088. URBAN. II. Anselmum ad se Guillermo I Anglie rex, eo morbo quo proxime decessit ingravescente, accersit. Ipse regem adit, sed morbo correptus regi morienti non potuit adesse.